

Phœnice fabulam reddiderit unicus iste, et nullo de cinere re-
victurus. Vale Princeps Principum angustissima, vale et vive
in illo sexu tuo verè altera Phœnix, et si de ministris infimo
cupiam, negotium das, qui verbo significet, quam non indignè
tuleris hanc audaciam, crede te grandi beneficio devincturum
hominem Batavum, qui absque hoc splendide servitutis pris-
trino esset, etiam non advocanti dudum se ad angustos pedes
tuos prostratum inisset, et in partem gratias involasset,
quam Musarum promiscuè patronis et clientibus, quàm te par-
est, munificentiam impertis. Is est.

Majestatis tuæ
Humillimus ac devotissimus
cliens.

5. April. 1650.

Nomine Heen Veltia et meo

Ripero.

Amplissime ac doctissime vir.

Medicinae in Scholâ

M. Auriacâ Professori.

Quando sic Deo et hominibus visum est, posse te Medicinæ studium
alicubi felicius quàm Bredæ promovere. placuit Serenissi-
mo Principi, Leidensis Academiae votis, ac tuæ iteno petitioni
non adversari. Proinde liberam tibi facultatem, eo cum
libuerit, commigrandi, hiæc tibi factam scito. Eâ verò de
re quam non libenter certiarem te faciamus facile judica-
bis, quoties meminisse voles, quod rest est, singularem
eruditionem tuam et virtutes ceteras, quibus illa est
ornatui, summo nobis in pretio semper fuisse, et futuras.
Vale Multum

Vir Amplissime ac doctissime à
Tui amantissimis

14. Augusti 1650.

A. Maria Schurmannæ

Brevissimo impetu: Amica Nobilissima

(121).

Quando Catonem feminam agere voluisti, in Theatrum
ingressas, ut exires, solis nimirum auribus pastis, nescio
quo meo cibo, totis, ecce, te exequiis sequar, et licet non
ignarus quanto.

Segnius irritant animos demissa per aurem
Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus

omissis nunc Musicis inficetis meis, quibus nimirum est
quod vacasti semel, ad hoc genus spectaculi denuò te voco,
cujusmodi sub crepusculum vesperianum, nimiam pompam
moram